Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25874
Copyright: Admont, Benediktinerstift

conspicatur: De quo etiam gladio psal
mista loquitur: Accingere gladio tuo
sup femur tuũ potentissime. Gedeon fi
lius ioas scribitur: qui speranſ uel dn̄i ro
bur dicitur: ꝑ quem ordo patriarchar̄.
& ꝓpharum exprimitur: qui spei robo
re ad futurę redemptionis mysteriũ
accingitur: de cuius posteritate deus
homo nascitur: Ioas uir israelita esse me
moratur: quia ordo patriarcharũ &
ꝓpharum sinceris oculis uerę fidei & di
lectionis deum contemplatur: Tradidit
inquit dn̄s in manu eius madian. &
omnia castra eius: quia deus pater in
captiuitate̅ crucifixi redegit principe̅
mundi: & omnia inferorum regna. uel
infidelium agmina: ꝑ mundi latitu
dinem diffusa.

Epte. Pecedat: & passionem xp̄i testimo
nium phibeat. Cui a cede filiorũ amon
reuertenti: occurrit unigenita filia eiũ
tympanis & choris. Non enim habebat
alios liberos. Qua uisa: scidit uestimen
ta sua. & ait. Heu filia mi: decepisti me.
& ipsa decepta es. Aperui enim os meũ
ad dn̄m: & aliud facere non potero. Cui
illa respondit. Pater mi si aperuisti os tuũ
ad dn̄m: fac mihi qd̄cunq; pollicitus es:
concessa tibi ultione atq; victoria de hos
tibus tuis. Dixitq; ad patre̅. Hoc solum
michi presta qd̄ deprecor: Dimitte me ut
duobus mensibus circueam montes: &
plangam uirginitatem meam cum
sodalibus meis. Cui ille respondit. Vade.
et dimisit eam duobus mensibus. Cumq;
abisset cum socis ac sodalibus suis: flebat
uirginitate̅ suam in montibus. Expletisq;
duobus mensibus: reuersa est ad patrem suũ:
& fecit ei sicut uouerat. Quę ignorabat uirũ.
Exinde mos inceptus in israel. & consuetudo
seruata est: ut post anni circulum conuenI
ant in unum filiae israel: & plangant filiam
Iepte galaadite diebus QVATVOR.

Epte. Apiens: uel aptus dicitur: ꝑ quem ipse
xp̄s dn̄s exprimitur: cuius sanguine la
tronis anua paradysi aperitur: Iepte a filiis
amon reuertitur: qui ppl̄s meroris uel one
rans dicitur: cum xp̄e sua passione ma
lignos spiritus insequitur: qui onus mor
tis ꝛeprobis imponunt: & luctum eis eterni
meroris ingerunt. In maspha domũ suam
reuertitur: que specula dicitur: quia pac
ta passione ꝑ resurrectionis & ascensionis
suę trophęum. uel in cęlam. uel ad cęlos
regreditur: In qua nimirum passione uni
genita eius filia occurrit: dum ei in mysterio
crucis assumpta humanitas obsequit: que
diuinitatis eius filia unigenita esse cognos
citur: quia ipse unigenitus dei patris a cog
nitione maligni hostis in terris abscondit.
Tympana quę de corio sicco fiunt. continen
tiam in carne filii dei exprimunt: chori di
lectionis eius immensa beneficia innuunt:
que diuinę confessionis choros in terris con
struunt. Non enim alios liberos habet: nisi
quos p imitationem suę humilitatis possi
det. Iepte uestimenta sua scindit: cum filius
dei assumptã humanitatem in passione cru
cis confringit. Heu inquit filia mi: decepisti
me & ipsa decepta es. Heu uox dolentis & dolore̅
illum exprimit incomparabilem: quę filius
dei in supplicio crucis ꝑ peccatoribus sustinu
it. De quo dolore ipse ꝑ ieremiam ꝓpham di
cit. O uos omnes qui transitis ꝑ uiam: attendi